



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Decimum sextum. De Monacho caeco, cui lumen redditum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

orasset, recepit visum, & quæ duce venerat, sine duce reuersa per noui
A Martyris meritum, visum diu sibi subtractum gaudens innouatum, ve
 potius omnino reparatum: domui suæ nouum reuertauit miraculum.

§. Nidecken.

Streithagenus in syntagmate Prouin-
 ciæ Iuliacensis Nideckam describit *anti-*
quitus Comitum Iuliacensium sedem, atque
 in Historiis, ab arce in colle commenda-
 ri munitissima, quam olim cum vrbe à



Nidecken.

B Wilhelmo Iuliacensi excitatam penè tē-
 poris longinquitas consumpsit. Tanta i-
 pſitis fertur Aulæ latitudo, vt haſtiludio aliquoties fuerit fre-
 quentata ac celebrata. Huius ipſius arcis custodijs aſſeruati
 fuere ſub Wilhelmo quarto Comite, Conradus Hochſta-
 danus, atque Engelbertus Falckenbergius Vbiorum Archie-
 pſcopi. Sub Gerardo illius filio Reinoldus Falckobergi Do-
 minus, ac denique ſub Wilhelmo ſecundo Duce Wences-
C laus Brabantia Princeps. Oppido nomen inditum tradunt
 ab odio neſcio quo vel cuius. Multis gaudet priuilegijs, ha-
 buit inter cætera memorabilia cœnobium Virginum Præ-
 monſtratenſium nobile, cuius hodie loco Prioratum (vt vo-
 cant) Religioſi ex Steinfeldia adminiſtrant.

Caput Decimum ſextum.

D *De Monacho cæco, cui lumen redditum.*

A Bbas Burnenbacenſis vnum ex iunioribus monachis ſuis miſit ad
 monaſterium veteris Montis. Is cùm venam incidi ſibi curaſſet, pu-
 raretque non ſatis detractum ſanguinis, atque ea cauſa etiam alterius
 brachij venam aperuiſſet, cum ſanguine lumen amiſit. Id vbi cognouit
 Abbas Burnenbacenſis, ne eſſet illi cœnobio oneri, redire eum iuſſit
 ad ſe. In illo itinere Colomiam veniens, orauit ad ENGELBERTI mar-
 tyris tumulum, duosque cereos oculos obtulit, vtrumque fecit, ſi viſus

Ee

ei

Cæcus
monachus
visum re-
cepit.

ei rediret, patrem ipsius duos argenteos oculos in eius honorem missu-
rum. Abit cæcus à sepulchro, venit ad locum quendam, qui erat mo-
nasterij veteris Montis, accipitur illic humaniter, & cùm causam cæci-
tatis suæ indicasset, Conuersus quidam hortatur eum, vt sanctum EN-
GELBERTVM Episcopum inuocet, responder ille se id fecisse: addit
Conuersus, vt benè confidat martyrem sibi non defuturum: moxque
inde recedit Conuersus, & post horam eo reuertitur. Eum verò mona-
chus iam videns, salutat. Et conuersus ad eum: Vnde scis, inquit, me
hic esse, cùm nihil videas? Ille responder: Gratia Deo & beato ENGEL-
BERTO: perspicuè enim intueor & te, & quicquid est in his ædibus.

Notatio ad Caput Decimum sextum.

Burnen-
bach.

. Abbas Burnenbacensis.
IN manuscrip. dicitur Burnenbach
quæ domus est ordinis Cisterciensis
sua in terminis Wormatiæ, hodie iu-
risdictioni Comitum de Werthem
& Lewenstein subiacet.

§. Vnum ex iunioribus
Monachis.

Huic Ulrico nomen fuisse manu-
script. testatur.

§. Venit ad locum quendam qui erat Mo-
nasterij veteris Montis.

Surth.

IN manuscriptis legitur: *Venit diuente famulo ad Gangriam do-
mus Bergensis, quæ Sorenda dicitur modico à ciuitate Coloniensi distā-
tem.* In literis Collegiæ S. Georgij à B. Annone Anno 1059.
erectæ nuncupatur Soretham, sic etiam in archæo insignis
Collegij S. Seuerini lego, nunc passim audit Surth, ad Rhe-
num vix vno lapide supra Coloniã, diues ibi prædium hoc
etiam

